

Deus, ubi trans mare Aegaeum quondam nāvīgābat, ad insulam parvam nāvem gubernāvit, et errōribus longīs fessus, sē in ōrā maritimā prostrāvit et somnō placidō corpus animumque recreābat. Mox autem pīrātae quoque, malī hominēs, nāvem ad insulam impulērunt. Ubi iuvenem formōsum in ōrā vīdērunt, tum vērō magnō gaudiō, “Ecce!” inquit, “nōn sine praedā ad patriam nostram nāvīgābimus. Homīnem raptābimus et in nāvem furtim impōnēmus, tum cito cum captīvō ad Āfricam nāvem impellēmus. Āfricae incolae servōs dēsīderant, et pecūniam multam nōbīs dābunt, si nōs iuvenem tam pulchrum trādiderimus.” Tum pīrātae, malī ignāvīque hominēs, deum raptāvērunt et in nāvem imposuērunt; nec tamen iuvenem fessum ē somnō excitāvērunt.

Aegaeus, -a, -um—Aegean.
Āfrica, -ae, f.—Africa.
captīvus, -i, m.—captive.
excito, 1—I arouse.
ignāvus, -a, -um—cowardly, base.
impello, 3, -puli, -pulsum—I impel, drive.
impōno, 3, -posui, -positum—I put in or on.
incola, -ae, c.—inhabitant.
mare, -is, n.—sea.
nāvis, -is, f.—ship.
nōs—we.
praeda, -ae, f.—plunder.
prosterno, 3, -strāvi, -strātum—I prostrate, overthrow.
quondam—once upon a time.
sē—himself, etc. (reflexive pronoun).
sī—if.
sine, prep. gov. abl.—without.
tam—so.
trādo, 3, -idi, -itum—I hand over.
trans, prep. gov. acc.—across.
vērō—indeed.

The *Deus* of the first sentence is Bacchus and the story continues from the previous lesson. Notice the personal pronoun and also the reflexive pronoun. Have a shot at translating and then compare your effort with mine. Note any words that are new and are on the IGCSE list and add them to your notebook as usual.

The god, once upon a time when he was crossing the Aegean Sea, steered (his) ship to a small island and, tired by long wandering, he threw himself down on the seashore and rested body and soul in peaceful sleep. Soon, however, pirates, evil men, also urged (their) ship to the island. When they saw the beautiful youth on the shore then with truly great joy they said, "Behold! We will sail to our fatherland not without plunder. We will snatch up the man and put (him) in our ship secretly, then quickly we will urge our ship with the captive to Africa. The inhabitants of Africa want slaves and will give us much money if we will hand over such a beautiful youth." Then the pirates, evil and ignorant men, snatched up the god and put him in the ship. Nor, however, did they wake the tired youth from sleep.